



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Homines celerrimo cursu ad mortem feruntur: deque temporis velocitate.
Colloq. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

mentis, absque catechesi perueni-
tur: imò aliud agendo, & quantum-
libet multa sapienter ac seriò volu-
tantes, ad hanc metam labimur atq;
deuoluimur. Et hæc reuera etiam
causa est, cur admodum ea tantum
laboris sui fructum reportet. Nunc
quia præclare omninò duas priores
celeritatis circumstantias iam cõ-
siderauimus, ac quam maturè & si-
ne intermissione mori incipiamus:
ad reliqua sanè licet nos expediamus.

*Homines celerrimo cursu ad mortem
feruntur: deq; temporis velocitate.*

COLLOQVIUM XXIII.

AGE ergo, quia duas istas cir-
cumstantias quæ minus prin-
cipales, sed accessorix quasi
sunt probè te perspexisse ais, tertiã
illam propriè omninò rem aliquam
urgentem & accelerantem, quæ est
præproperè iter suũ prosequi, acce-
damus. Atque, quo liquidius intelli-
gas quonam passu ad mortẽ iter ha-
beamus, intuebimur paulò attētius

THEOL.

G 5

cur-

currum quo illuc deuehimur, cuius
 rotas quanto celerius volui conspi-
 cimus, tanto euidentius etiam ve-
 locitatem nostri cursus cognosce-
 mus. Primum itaque currus iste
 temporis fluxus est, auriga Tempus.
 Cursores qui ab illo sunt, ipsa tem-
 poris celeritas & passus multo quam
 velocissimus: quorum omnium ma-
 gister Tempus, omnia fluxa ac cada-
 ca in occasum propellit, quidquid
 hospitum, quidquid peregrinorum
 est, ex humili & intricato huius
 niuersitatis labyrintho ad securissi-
 mam stationem & quietem multo
 quam gratissimam deducit. Hic im-
 manis ille messor est qui omnia de-
 metit, qui omnia conuectat: hic se-
 nex ille & effoetus Saturnus qui om-
 nia deuorat, & nec suis liberis
 comestis famem explere potest ac-
 que sedare: quicquid enim natura
 enixa est, quidquid ab hac nascitur,
 confestim ille absumit, neque vi-
 quam inueteratum hanc dilapidan-
 di, abliguriendi, & ingurgitan-
 di, abrogari sibi patitur aut ab-
 oleri. Hic ille est cui antiquitas alia

*Cic. 2. de
 nat. deor.*

*Cyrril. de
 dijs gent.*

qua

quatuor appingebat, quatuor oculos affingebat: duasque alarum ad volatum explicatas & pansas esse aiebat, quæ nunquam volando finem imponeret; reliquas deiectas demissasque comminifcebatur, quod ab eo cursum impetumque rerum caducarum inhiberi arbitrabatur. Iam verò & inter oculos differentiã assignabat, quos partim clausos, partim apertos esse mentiebatur; vt isti vitæ indicium essent, cui porta ab illo obstruatur; isti verò nunquam cæcum id esse declararent, tot quotidie virorum fortiũ strages edendo, & funera hominũ aceruis numerãdo. Et quoniam ex cæli rotatu ac commotione temporum varietates inueximus, & ex reuolutionibus orbium illius sequela, annos, menses, dies, horas, ver, hyemes, æstates, autumnos, omniaque cætera temporum spatia metimur, libet hoc loco eorundem celeritatẽ ex illis colligere & coniectare. Primum ergo cum Cælum ex Oriente in Occidentem deuolutum, integrum diem constituit, nos diem naturalẽ numeramus: cum luna duodecim Zodiaci domicilijs

Cæli motus seminarium origo temporis. Aristo. 4. Phys.

*Calū in-
credibili
celerita-
te volui-
tur.*

*De firma-
mento.*

cilijs peragratis cursum suum ab-
soluit, nos mensum eum solemus in-
terpretari: cū Sol accedens nobis
modò vicinus, modò à nobis rece-
dens eundem Zodiacū emensus fue-
rit, nos annum fluxisse dicimus, &
& centum istiusmodi excursibus an-
nos ipsos centum assignamus. Fir-
mamenti autem cursus, quod pluri-
bus veteribus adeoque ipsi etiam A-
ristoteli primum cælorum placuit
nominare, talem nobis doctissimi
quique Mathematici cursum esse per-
suadent, vt illius stellarum aliqua
quæ omnes mediam eius regionem
supra Aequatorem occupant, secun-
dum diurnum motum ex Oriente in
Occidentem qualibet hora 21199218.
leucas, & 18.24. conficiant: sicque
ratione subducta quolibet horæ qua-
drante, 5299804. leucas: medio qua-
drante 2649902. minuto 353320. l. 6.
& 18. 60. l. Si istiusmodi avis repe-
riretur aliqua, quæ spatio salutatio-
ni Angelicæ sufficiente transeundo
Insulas Fortunatas & Malucanas, se-
pties vniuersum terræ orbem vola-
tu suo ambire posset, qui maximus
illius

illius est, neutiquam tamen stellam
 aliquam caelo suo giratam cursu æ-
 quaret, non dico superaret; & si eadē
 omninò auis vnica hora terram o-
 cties millies, centies octuagesies
 quater circumiret, fieri tamen om-
 ninò non posset, vt viam quam sidus
 istiusmodi absoluit, ipsa quoque
 metiretur: & adeo, plus illud iti-
 neris vna hora conficere, quam ho-
 mini nouies mille centum & qua-
 draginta annis exhaurire per vires
 liceret, etsi quotidie viginti leucas
 decurreret. Et quoniam tu istarum
 rerum demonstrationes non igno-
 ras, licebit mihi eas hoc loco cum
 bona tua venia præterire: ipsa autē
 celeritas temporis, sicut te fugere
 iam non debet, tanta est, vt vix à ra-
 tione penetrari, vixque à cogitatio-
 nibus & animo vastum illud spatiū
 queat peragrari. Ad me enim quod
 attinet, apertè rem tibi dicam, per-
 do me in hoc exercitio ac frustra sū,
 nec imaginatio mea vllō modo satis
 est, totum vt terrarum globum sep-
 ties possit circūire, & immane hoc
 spatium ita exhaurire, nunquam vt

*Ratio
 vix po-
 test asse-
 qui cele-
 ritatem
 motus
 caelestis.*

*Celeritas
motus ca-
lestis su-
perat fe-
rè motū
anima.*

existat, nūquam vt in Insula aliqua
confideat, aut in marium angustijs
aliquando quiescat atque respiret.
Neque verò hoc loco ita quæ à me
dicuntur, à te accipi velim, vt ea quæ
vniuersis demonstrationibus sapientissi-
mi quicq; veterum æuo de hac cele-
ritate computarunt, vana esse existi-
mes, quod propter tarditatem inge-
niorum nostrorum minus ea à nobis
possunt comprehendī: imò istud po-
tius te scire velim, quod quanto ma-
iorem admirationem ea habet, tan-
to iustius eum nos laudare extolle-
reque debeamus, qui corpori tantā
celeritatem & volubilem motum
contulit, vt iam non modò animam
æquare, sed superare etiam posse vi-
deatur. Quid enim de Sole dicam?
quem nostri oculi sicut stellas etiam
pigerrimo & tardissimo lapsu vol-
ui arbitrantur, cum nihilominus
quolibet medio quadrante horæ,
611254. leucas; & quolibet minuto
9500. & 30.60. singulis horis 570039.
& 1.24. singulis diebus 13680937. l.
lucidissimum hoc astrum singulari
Dei cōsilio emetiatur, qui dies faciat
atque

atque distinguat. Nunc ergo his ita
 examinatis, facile omnino in cogni-
 tionē istius velocitatis ingredi nos
 posse vides, perspecta quidem lon-
 gitudine itineris, si vastum illud at-
 que immane volumen cæli, eiusque
 capacitatem probè comprehende-
 remus: quod reuera licet, compara-
 tione terræ ac stellarum cum cælis
 instituta. Terra ergo cum cælo col-
 lata instar pisi cum vastissimo mon-
 te compositi est, & imo haud ali-
 quanto minus, cum centrum ac pun-
 ctum orbis sit, nec plus proportio-
 nis aut quantitatis ad cælestia corpo-
 ra habeat, quam centrum ad suā cir-
 cumferentiam. Tu qui istius rei A-
 stronomorum placita ac demōstra-
 tiones nosti, quam vastum cælum ef-
 se debere suspicaris, cum terra quam
 nobis oculi aded immanē & spacio-
 sã esse persuadēt, instar puncti, pisi,
 ac etiã nihil sit cum cælo cõparata?
 Quid? an non minima quã nos vide-
 mus Firmamenti stella multis parti-
 bus, Sol aut centies sexagies sexies
 terrã magnitudine vincit? quẽ tamẽ
 nos sicut & astra minutissimas cæli
 por-

*Vastitas
 cæli ferè
 incõpre-
 hensibilis*

*Terra
 punctura
 respectu
 cæli.*

portiones esse suspicamur? Non ergo vastissimus, non amplissimus, non admirabilis iste locus omnibus videatur? non solus denique dignus qui Dei regnum ac sedes sit? o præclarum admodum responsum vindicis ac Seruatoris nostri IESU CHRISTI, quando ad Pilatum ait; *Regnum meum non est de hoc mundo.* reuera enim terræ angustia non patiebantur, tantam ut ea magnitudinem caperet ac maiestatem! meritò itaque terra, imò non integra sed præsegmina eius tantum ac particula hominibus habitanda assignatae sunt, Deus autem Rex Regum cælum incoluit, sibi que vendicauit. Ex hac quemadmodum dixi cæli vastitate celeritatem cursus ipsius colligimus: nam cum iter illud tam longum, tanque immensum sit, reuera relinquitur supra quam dici potest enormem agilitatem esse oportere, quæ adeò breui tempore illud exhaurit atque emetitur. Quænam verò vastitas illa est? nosti tu credo quam valde Astronomis placeat, ut peripheriam firmamenti supra Aequatorem quingentos & octo milliones

Ioan. 18.

Pf. 113. 25

ones, septingenta octuaginta & mille & ducentas, & triginta duas leucas continere putent: quod iter quolibet die naturali quælibet stella absoluit: iam tu ipse coniecturam fac, quam omninò cursorio motu cælum circumgyrari necessum sit. Nunc et si terra minima sit, præsertim cum calo comparata, comprehendit eam tamen ambitu suo, undecies mille leucas: adeò vt si avis aliqua viginti quatuor horarum spatio eam peruolare posset, quolibet hora 458. leucas & ternarium conficeret, & si eadē eodē temporis intervallo Solis orbitā posset circumire, cuius circumferētia sexages sexies terra maior est, quolibet hora conficeret septuages sexies mille ducētas & quatuor leucas: huius avis totū terrarum orbem vno die circumuolantis celeritas multis parasangis omnia corpora quæ ab arte sunt superaret, vt globum tormenti bellici & bombardas: quippè quæ singulis minutis septem leucas emetiretur, quod plumbū excussum aut ferrum igne eiectum præstare non potest: sicque

*Ambitus
terra ha-
bet 11000
leucas.*

ficque etiam eiusdem auis istius ce-
 leritas corpus solis circumquaque
 obeuntis primam volubilitatem se-
 xagesies sexies vinceret: & qua nos ce-
 leritate stellas alias ferri arbitre-
 mur quæ firmamento infixæ, non
 modo terræ, sed omnium etiam a-
 strorum magnitudinem anteuertunt.
 Ac ecce tibi hoc loco aliud Dei mi-
 raculum quo tres admodum res ob-
 stupescendas procreauit, vt videli-
 cet non coelestes illas circumuolu-
 tiones & gyrationes facilius intel-
 ligeremus. Primum enim catadro-
 mum immensæ & incredibilis pla-
 nê longitudinis ac latitudinis effor-
 mauit: secundò illum maxima alti-
 tudine ceu theatrum excellentissi-
 mum eleuauit: tertio facibus ac ca-
 dis condecorauit, quò tam noctu quàm
 interdiu conspicerè illum valere-
 mus: quartò infinito spatio à nobis
 eum separauit, & propter hanc di-
 stinctionem incomprehensibilem
 eius celeritatem effecit: quæ oculis
 nostris quam familiarissima, illud
 consequitur vt tardiuscula esse vi-
 deatur, facitque vt id contemplando

in cognitionem eius etiam nos pe-
 netremus; quod omninò oculi no-
 stri præstare non potuissent, si cæli
 viciniore fuissent, quemadmodum
 neque solem recto obtutu aut pro-
 piores intuentur, sed incredibilem
 illius splendorem ac lucem in cor-
 pus transuersum impactum aut ef-
 fusum, ac deinde reuerberatum cõ-
 templantur. Et possumus planè pro-
 pter has rationes verè dicere quod
 cæli testimonium de Dei gloria fe-
 rant, eumque sedulò ac frequenter
 laudare, qui adeò admiranda produ-
 cit atque designat, & nihilominus
 nobis abiectissimis hominibus si-
 milis effici non auersatur. O fugam
 temporis celerrimã, non modo cur-
 sum primi mobilis, sed ipsius etiam
 animæ nostræ superantem! ô currũ
 perniciosissimum, qui vno lapsu, vno
 volatu, & absque vlla intermissione
 felicissimè ad finè nostrũ nos vehit,
 & omnia incitatione sua anteuertit!
 Agnunc ergo hanc probationis cõ-
 clusionem assumamus atq; dicamus,
 si omninò tẽpus quod breuissimũ il-
 lum vitæ nostræ tenorẽ ad mortẽ ra-
 pit, adeò pleno cursu fertur, ecq; vel

Psal. 18.

minutum horæ dilaturus est, ut
 præparet, accingat atque expediat
 quis non magnoperè timeat ne
 extrema hac volubilitate, & mira-
 bili temporis intercipiatur veloci-
 tate? Quis non admodum vereatur
 ne curru illo quo vehitur exciden-
 & in terram inconsideratè deuolu-
 tus, crura & collum luxet atq; con-
 fringat? quis iam penitentiam & ve-
 ræ correctionem in crastinum pro-
 rogabit non aliter ac si centum an-
 nis se victurum certò sibi constaret
 & diplomata haberet, quibus mille
 anni ipsi indulgeantur? an verò ip-
 sium istud aliud quàm nihil esse qui-
 piã arbitrari potest, qui adeò cele-
 ri cursu id volui & perniciosissimo
 motu vniuersa secū rapere nō igno-
 rabit & quomodo is dies & mēses si-
 bi promissur⁹ est, qui de vno minuto
 gratulari sibi nō potest? quomodo
 listā fragilibus niti, quomodo in ha-
 aui, tēpore dico, spem firmā defigere
 quæ ipsa leuitas, ipsaq; incertitudo
 est? Satis hæc iã nunc copiosè ad pri-
 mam vtilitatem, quæ ex mortis me-
 ditatione promanat, à nobis opinor

con-

congesta sunt, planeq; illud me cō-
 secutum spero, vt quæ ad eam rem
 facere videbantur, perspicuè affa-
 tim declararim. PHIL. Quantum tu
 verò hominum fuisse putas, qui ista
 quemadmodum tu præclare me do-
 ces, attentè considerarint? THEOL.
 Fateor reuera admodum paucos ex-
 titisse ea qui perpenderent: paucio-
 res etiam qui intelligerent, aut fru-
 ctuosè pertractarēt. PHIL. At istud
 vnde tu proficisci arbitraris, cum
 res perspicua prorsus sit & vero et-
 iam momentosa? THEOL. Verum
 loqueris, nihil euidentius, nihil ma-
 ioris ponderis in isto quidem gene-
 re potest reperiri. PHILOS. Ve-
 rùm quisnam iste stupor est humani
 generis, ita viuere ac si nunquam
 mortem metueris, ita agere ac si ni-
 hil vnquam de ea relatione accepe-
 ris? THEOL. Id verò peccato adscri-
 bendum est, quo miserrimè occæca-
 ti, quo minus cœlum ad quod aspi-
 rare debebant contemplantur, ab-
 stinētur, ac oculos in terram defige-
 re prohibentur, in quam mox diuer-
 tent & conijcientur: atque si etiam
 mani-

*Cur mū-
 dani de
 morte nō
 cogitent.*

manifestius nec quod aiunt riuulis, sed toto fonte scaturiginem deplorandi istius stuporis libet inuestigare, reperimus amorem sui ipsius & bonorum caducorum esse, qui miserrimè eos fascinat atque perstringit, qui illud vnū agit vt sensim & paulatim eos cerebro priuet, & à mentis gradu dimoueat. Ac primū quidem quo facilius id effectum dare possit, omnem eis futurorum curam euellit, ita vt nec retrò referre animum, nec à præsentibus eam euellere liceat, & sanioribus cogitationibus occupare. Deinde solidam illam gloriam in vanitatem, aurum in stipulas, dona æterna in caduca, cælum in terram, Paradisum in infernum migrat atque transmutat, quæ reuera negotiatio nõ nisi hominis mente capti & ratione destituta esse potest: & sicuti amor iste omnium vitiorum formularium est, & quorumlibet scelerum ac flagitiorum confluges, ita spe mendacissima falsissimaque eos pascit certò ea sibi promittere non vereantur, quæ amant atque desiderant:

Negotiatio stultorum.

Qui amant ipsi sibi somnia fingunt, *Vir. ecl. 8.*

videlicet equorum somnia sunt, foenum, auena; Theocritum de piscibus, asinos de carduis, de pane canes, de larido feles ineptire ac somniare cur credamus nihil obest, quia quilibet spes suas in illis collocare amat, quæ optat ac diligit. Isti ergo quoque ut præclare stupidos & absurdos sese fateantur, quàm vnicè expetunt, quàm ardentissimè semper desiderant, vitam sibi longissimam futuram sperant ac sempiternam. Ergo cum iam etiam viribus exhausti, ætate fracti, annisque obfati sunt, fore tamen adhuc confidunt, ut menses, ut anni accedant aliquot: cum autem in ætatis flore constituti sunt, iam ipsa iuventus animos addit, & spes firmissimas facit: cum debiles, cum infirmi sunt, aliorum ærumnis suas consolantur, qui ad annos plurimos peruenerunt: ubi verò firmos & vegetos se sentiunt, iam ipsam mortem animo ad se inuadendum deficiatbitraatur: cum ex morbo decubunt, eorum

Cic. in senect.

Mundani malè sibi confidunt in omnibus.

*Cur mü-
dani ce-
leritatē
mortis nō
cognos-
cant.*

eorum exemplis se recreant ac eri-
gunt, qui etsi à Medicis forēt despe-
rati, meliusculè tamen iterum habu-
erunt, & in cymbam Charontis pe-
dem impositum retraxerunt: iam di-
fani, cum integra valetudine sum-
nec dolores corporis, nec mortem
ipsam reformidant: denique quantum
potest nugarum ac ineptiarum con-
gregant, vt in ijs spes suas extruant,
& quam longissimè, opinione salu-
semet morti suffurentur. Atq; hinc
etiam illud est, quod eam non nisi e-
minus intuentur, & volubilitatem
illam temporis nunquam contem-
plētur, cum oculos intellectus per-
diderint, & ijs tantum vtantur ac vi-
deant, qui sensualitatis appellantur.
Et quemadmodum corporei isti o-
culi cæli motum tardum ac lentum
esse arbitrantur, propter vastum il-
lud spatium, quod inter nos ac illos
interiacet, & celeritatis illius inte-
ritu nos priuat: ita etiam ij qui mor-
tis accessum non nisi post multos an-
nos sibi expectādum autumant, eam
eminus tantum spe firma ac securi-
intuentes, laneis pedibus adreper-

tem
infe
mun
non
quo
nun
ferr
pira
defi
mul
plus
nō i
furo
esse
itaq
mit
bera
eos
iam
nun
diat
abfu
bus
alio
opp
pleu
se ex
hun
tem

tempusq; adeò ipsum graui se passu
 inferre opinantur, dum in grauissi-
 mum errorem delabuntur, alterum
 non minorem multò incurrunt,
 quod cum quotidie sexcentos & in-
 numerabiles mori, mixta funera ef-
 ferri, tam senes quam iuuenes ex-
 pirare; æquè doctos ac illiteratos
 defungi, vt diuites ita pauperes tu-
 mulari conspiciant, ijs tamen non
 plus moueantur quam si nihil omni-
 nò intuerentur. Efficiuntur adhæc
 surdi, nec quasi satis sit oculis captū
 esse, aurium etiam vsu destituuntur:
 itaque non modo Dei vocem nò ad-
 mittunt, quæ eos sui rationem ha-
 bera iubet, & rationis quæ finem
 eos suum docet, sed experientiæ et-
 iam salutaribus monitis, quæ saepe
 numero aurem ijs peruellit, repu-
 diatis, non intelligunt istos bellum
 absumpsisse, hos in priuatis domi-
 bus & lare domestico exspirauisse,
 alios in terra alios in mari mortem
 oppetiisse: multos catharris, multos
 pleuritide, febri etiam multos fuis-
 se extinctos: illum à lupis deuoratum,
 hunc fame oppressum: hunc à leoni-

H

bus

bus laniatum, istum crapula & in-
gluue præfocatum, & deniq; inno-
merabilem hominum multitudinem
subitò ac inopinatò fato corruisse.
At quam ob rem? quod videlicet
eorum memoria in tenebris im-
probæ ac malæ conscientiæ sepul-
ta est, & tunc etiam cum videre vo-
dentur, nihil minùs quam istud ag-
gunt, & quod de leporibus fertur
oculis apertis somnum capiunt, &
veterno profundissimo opprimun-
tur: aures habent, & quod mirum
possis apertas, & tamen surdi vo-
cem eam prætereunt, quam quoti-
die terra, quotidie cælum, quotidie
deniq; ratio ipsa clarissimã edit. In
quo mihi admodũ ad eorũ similitu-
dinem accedere videntur, qui mon-
tes Lunæ incolunt, & propter con-
tinuum aquarum ex ijs locis deflu-
entium ac detonantium strepitum
auditum amittere perhibentur. Ita
ergo iam sensibus propè omni-
bus capti, & diuturna acedia torpe-
di ac eneruati, in pessimè viuenda
instituto nimium quantum se con-
firmant, & tertiana affecti febre

*Lepores
dormiunt
apertis
oculis.*

*Cicero in
somnia
Scipion.*

*Negligẽ-
tia bene-
faciendi
parit ob-
stinatio-
nem.*

phr

phrenesin incidunt: iamque nec imminencia pericula considerare, & verò etiam auribus oculisque remedia ac pharmaca omnia auersari incipiunt: adeò vt quam maximè stomachum ijs moueas, si salutis eos suæ curam suscipere, & morti se accingere suadeas; cuius illi non nomen, non memoriam tantum, sed etiam vmbra ac picturam ipsam pertimescunt & detestantur. Quam verò tu amentiam esse arbitraris, si miles iam iam cum hoste conflicturus & manum conferturus, eum perfundet, à quo arma capere, còtra aduersarium se munire, & pugnae se accingere iubetur? Quæ ista mentis perversitas est, cù inimicū in singulas horas operiaris, helluari, cutem curare, lustrari, & assiduò pergræcari? An verò saniores perdit illi ac profligati videantur, quos in specula dormiètes mors opprimit, inimic⁹ capitalis diabolus inuadit, & in mómèto quèadmodū Iob ait, in infernū *Iob. 22. 5* præcipitat captiuitatem sempiternā perpeffuros? tunc ijs oculos suos ac aures aperièt, tūc stultitiã præteritã

H 2 & mi-

*Pruden-
tia intē-
pestua
mera est
stultitia.*

Luc. 16.

& miseriam præsentem intuebūtur, tunc tempus pessimè collocatum ac fædissimè perditum dolebunt, & recuperari illud non posse intelligēt. Tunc segnitie suam accusabunt propter quam crudelissimè excarnis cantur: tunc cœcam suam obstinationem detestabuntur, tunc intēpestiuè sapient, quæ stultis propria sapientia est, penitentia superborum, & salarium obstinatorum. Ex istis admodum numero helluo ac epulo ille erat, qui postquam quotidianis cōuinjs vacauisset, cutem bellè corrauisset; tandem in inferno positus ad Abraham cuius hospitalitatem imitatus nunquam erat, nequidquam clamauit, vt fratrum suorum saltem ipse consuleret, quoniam sibi id denegaretur, quibus per diuini viuendi exempla suggesserat, cum virtutibus essent imbuendi: clamabat ille tunc inquam & obsecrabat non vt aurea sibi phiala generosissimo vino plena inter tormento à pocillatore regio adferretur, sed vnica aquæ gutta in linguam illius dignè immitteretur, quem viuens contem-

neba

nebat, & canibus domesticis postponebat. O vicissitudinem! ô miseriam! ô ærumnas! eum votis frequentibus, & assiduò cum gemitu illud orare quod pauperrimi etiam in hoc mundo non petere, non mutuari solent, & tamen non impetrare. At quemnam illum? qui regio luxu vitam exegerat, omnibus delitijs circumfluxerat, & quotidie genium lautissimè curarat. Non paupertas ista extrema est, non modis omnibus deploranda, non iusta etiam, non æqua eum qui in omnium rerum copia micam panis ei denegarat, cuius vulnera crudelissimum quemuis. flectere debuerant & commonere iam sitire, iam cruciari, iam excarnificari? pœnituit illum vitæ profligatæ, fateor, at serò, at stolidè: quemadmodum etiam nequidquam pro amicis curam suscipiebat, eos ad meliorem frugem renocari volebat, & saniora consilia suscipere desiderabat. Prouidendum illi erat de bonis operibus, quòd gratus & acceptus aliquando Deo foret, parandi amici, non omnia in vastissimum ventris gurgitem ini-

*Differre
bona
quid se-
quatur.*

cienda : tunc fratribus consulere,
tunc necessarijs opitulari, cum eos
promouere possit, non pertinaciter
& obstinatè malè agendi institutum
tenere, nō in peccatis vsq; ad sepul-
chrum volutari, quò aliquando ea
in inferno expiaret & inter vltimas
flamas deploraret. Hic vnicus fi-
nis, hic infernus filiorum procrasti-
nantium est, filiorum confusions
& impietatis, qui nunquam bene a-
gendi, laudabiliter viuendi, religio-
seque conuersandi occasionem in-
ueniunt, & quò recta ad ruinam &
sui perditionem nauigent, conti-
nuo vento puppim propelli expe-
riuntur. Faciunt contrarium admo-
dum veri Christiani, & qui in suam
perniciem & salutis propriæ iactu-
ram faciles esse non volunt, sed di-
uersissimum viuendi institutum
consectantur, & studiosissimè vitam
suam ad honestatis ac virtutum re-
gulam conformant. Dum enim il-
lud animo volutant suo, ideò in ter-
ra se esse vt coelum lucrentur, &
circumstantias vitæ nostræ supra-
dictas perpendunt, eius breuita-

tem.
exar
tun
para
imp
que
ris f
ti su
ti a
cres
pen
mer
nes
mor
cur
tam
ann
ribu
mor
gita
que
ri :
tun
rim
dan
lore
xim
ner
tem

tem, velocitatem, & inconstantiam
 examinant, ne vnicum sibi minu-
 tum effluere patiuntur, quod præ-
 parationi non consecrent atque
 impendant: refecant illi amputant-
 que omnem vanam incerti tempo-
 ris spem: cum ætate & annis effoe-
 ti sunt, tum verò, quantò plus mor-
 ti appropinquare, vitamque de-
 crescere conspiciantur, tantò im-
 pensius properant, præmium ac
 mercedem præstolantes: cum iuue-
 nes & vegeti adhuc sunt, facilè se
 mori posse persuadent, & morti re-
 curuam falcem esse credunt, qua
 tam iuuenulas plantas, quam
 annosos caules demetat: cum vi-
 ribus valent, cum robusti sunt,
 mortem vt fulmen se habere cogi-
 gitant, quod plerumque ea afflat,
 qua sibi obniti viderit & relucta-
 ri: cum secunda valetudine v-
 tuntur plurimos irretitos, plu-
 rimos illaqueatos fuisse recor-
 dantur: cum corporis aliquo do-
 lore tenentur, tum illi quam ma-
 ximè mortem prouocant, & iti-
 neri conficiendo accinguntur:

H. 4. deni-

denique quocunque oculos suos conuerterint, siue in prosperis, siue in aduersis obtutum defixerint, omnia negotia, omnes vicissitudines temporum & mundi ruinas contemplantur, eas ut veluti occasionem semper bene viuendi habeant, & ceu stimulum ad viaticum itineris conquirendum vsurpent, illud sub fine experientes, quod Apostolus ait: *Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.*

Incitari nos debere ad mortis preparationem, cum quantum bene mori referat consideramus.

COLLOQUIUM XXIV.

THEO.

QUONDAM haecenus quantitas apud nos moriendi necessitas valere debeat, ut ad id expediremur: demonstrauius breuitatem & velocitatem temporis quo salutem nostram non indormire nunc itaque & illud declarandum esse videtur, quomodo ceu acutissimo stimulo ad sollicitudinem nos praeparandum, & ad apparatus generale

omni-